

apud Nicol. Hemming. De universali grat. fere ab initio, inter decretum
Dei definitum, & (25) indefinitum: quorum istud ita explicat, ut sub 25.26) Figmenta ista sunt,
(26) conditione quadam accidentaria factum esse declareret. Cui hac in *cerebri humani.*
parte (27) prorsus assentior. 27) Ego vero nequaquam,

S E C T I O L X I .

*An diversa scientiae Dei objecta coram Deo
æquè clara sint.*

Pag. 257. §. In summa. Quæ medium quandam inter hæc extrema (nihil, & Ens perfectissimum) naturam obtinent, prout magis, vel minus, ad hoc, vel illud extremum accedunt, ita clariùs, vel obscurius, etiam ab ipso Deo cognoscuntur.

N O T A P I S C A T O R I S .

Mihi vero 1. *probabilis* est, Deum *æquè clare* omnia cognoscere. Cognoscit enim omnia 2. *perfectissimè*.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

I. Laudo hīc iterum modestiam tuam, quod *probabilis* tibi id esse dicas, de quo justam saltem dubitandi causam esse videbas. Sed fortè sententiam mutabis, ubi mentem meam pleniūs percepis. Agitur hīc de certa quadam divinæ cognitionis specie, non quæ *abstractiva*, & *simplificis intelligentia*; sed quæ *visionis externæ*, sive *intuitiva* vulgo vocatur; per quam Deus entia *actu*, & non *potestate* tantum, coram inspicit, ac foris contemplatur. Quod ante omnia hīc seriò notandum est. Jam vero Notæ PISCATORIS.

(i) si Deus *æquè clare* objecta omnia, extra se posita, actuali hac visione i) *Qua hīc dicas, videntur cognosceret: tum vel objecta ipsa hujus cognitionis in se omnia æquè clara & certa essent: vel cognitio hīc Dei actualis objectis ipsis minimè conformis esset.* Quorum istud cum veritate Dei; illud cum tota rerum natura, & universalis experientia, satis perspicue pugnat. Äqualis enim claritas cognitionis, seu visionis, ex æquali veritate, sive maiori entitate, objectorum hīc potissimum estimanda est: quæ proinde in necessariis, ac contingentibus, eadem esse non potest. Ut neque certa & vera cognitio esse potest, quæ objecto cognito, seu potius cognoscibili, difformis & incongrua est: hoc est, quæ objectum suum aliter apprehendit, atque ipsum revera se habet. Qua de re doctè inter alios disseruit Pet. Pomponarius lib. 3. de fato & Prædestinat. cap. 11. & 12. Ubi saepius illud inculcat, adæquationem assimilationemque inter cognoscens & cogni-

rectè dici posse de cognitione humana, id est, qua homo aliquid cognoscit: cognitionis autē divina, id est, quo Deus res extra se positas cognoscit, vel potius novit & intuitetur, videtur alia esse ratio. Qua de re mentem meam fusius exposui in Refut. Parasc.